

B. N. II, 110
h. 24, 5.

X 187 6041

II R
1540

Q. D. B. V.
DE

JURE PRIMARIA- RUM PRECUM.

Consensu

Illustris Jctorum Ordinis in alma Salanâ,

SUB PATROCINIO

VIRI MAGNIFICI

DN. ERNESTI FRIDERICI Schröters/

Hereditarii in Wifkerstädt/ Jcti & Antecessoris celebra-
tissimi, Consiliarii Saxonici, Facultatis suæ, Curiaæ Provincialis &
Scabinatus Assessoris gravissimi,

DN. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI ÆTATEM

COLENDI,

publicè disputabit

Eutich Christoff à Luderitz/ Eq. March.

A. R.

J E N Æ

Typis JOHANNIS NISL, M. DC. LXIX.

de Jure primariarum precum. Vol. XXI. 3.





DR. PATRONUS PRAEFECTUS
M. D. C. LXXV. MARCI



bli
un
vul
den
ad
co,
ten
lub
den

Hi
con
sve
ip
for
Pa
con
clu
phi





JOVAJUVA!

§. 1.



Olemne est disputantibus, ut dissertatio-
nem conscriptam nitido ornent præfa-
mine, cujus scopus materiam disceptan-
di susceptam commendatissimam ex-
clamare, ne autemet quispiam, se titivil-
litio operas locasse suas. Mihi Jus pri-
mariarum precum eodem modò in pu-
blicum producenti, in præconis officio argumentorum ab-
undè suppetit materiæ hujus tum dignitas tum utilitas per-
vulgata: Quam tamen rei excellentiam leviter saltim pon-
derans, videor, extollendo ipsam, laborem, quo soli lucem
addere gestimus, eundem subire: Hinc supervacaneum du-
co, tantam rei claritatem ullo encomio prosequi. Quò au-
tem charta præloquio destinanda suppleatur, substituere
lubet inquisitionem in primariarum precum natales earun-
demque justitiam.

§. 2. Natalitia in antiquis invenire, perdifficile est:
Hinc omnes quos legi, juris publici scriptores nil certi de iis
constare asserunt. Antiquissimam autem hujus juris con-
suetudinem esse, edocent diplomata Cæsarea. Sic usum
ipsius jam tum tempore Rudolphi I. obtinuisse, colligitur ex
formulâ Imperialis concessionis, quæ exstat in vitâ ejusdem
Paralip. ad Ursperg. Cui cum inseratur, quod ex antiquâ
consuetudine precum talium admitti primitiæ soleant, con-
cludere licet, longissimis annorum intervallis antè Rudol-
phi I. tempora id ipsum in vigore fuisse *B. Arum. ad A. B. disc.*

A 2

3. 16.

3. 16. 34. Num exinde conjicimus, ortum hujus Regalis Gratia ad ævum Carolinum ejusque Successores referri posse? Sic credit Dn. Fritsch. in tr. de jure prim. pr. c. 1. n. 12.

§. 3. Justitiam primariarum precum impugnare videntur non nulli tum Juris Civilis tum Canonici textus. Ex *J. Civ.* quicquam facere minatur *l. ult. C. de pact.* ubi pacta futurae hereditatis prohibentur, ratione hæc, ne per ea votum captandæ mortis alienæ, quod plenissimū est tristissimū & periculosi eventus, inducatur *d. l. ult.* Hanc Constitutionem ab æquitate maximè commendat *Mœstert. de Just. LL. Rom. l. 1. dub. 40.* ubi simul illam in jure gentium fundatam asserit. Verba Mœstertii, cum *d. l. ult.* rationem elegantissimè explanent, huc transcribere placet: *Ejusmodi paciscentes, inquit, contra bonos mores & jus gentium festinant; cum enim mors, adjicit ibi, tam juvenes, quàm senes equaliter maneat, scelestum est, sese communi fato subducere & proximum suum ad orbem præmittere, quin imò cogitatione suâ singulis quasi momentis eum occidere, atque ita mentalis homicidii reum fieri, l. donari. 29. aliàs incipit, quidam, §. donationem, ff. de donat. l. stipul. 61. ff. de V. O.* Et hæc ratione motus Pontifex *c. 2. ubi gloss. in verb. vocent. extra. de Concess. præbend. cap. constitutus cap. sustentanda eod. tit.* præbendas & beneficia nondum vacantia aliis conferri vetat, vid *B. Dn. Ungep. in Parat. ad d. l. de Concess. præb.* Nostri juris exercitium si spectamus, & dictam rationem, similem exitum metuendum svadere, dicendum est.

§. 4. Ad hæc juri nostro contraria uno fermè ore Dd. quæstionem hanc moventes, respondent, adhibitâ quâdam distinctione: Inspiciendum videlicet esse; an literæ expectativæ generales sint & incertæ; an definitæ ac certi alicujus hominis. Hunc in modum promissiones & literæ Gratia si conceptæ sint, textibus adductis jus primariarum precum

cum adversari putant; illum verò in modum neutiquam.
Cum autem in præsentì promissiones Cæsareæ generaliter
concipi soleant, rationem utriusque juris allegatam hoc jus
Imperatorium non ferire, asserunt, *Herm. Herm. in Fasc.
jur. publ. c. XI. n. 9.*

§. 5. Ast, num ratio dicta jam subministratæ distin-
ctioni hoc in casu locum relinquat, animi pendemus. Ra-
tio enim illa omnes actûs, votum alienæ mortis quòcunque
modò inducentes, iniquos vult & profligat; jam verò,
preces licet in incertum ac indefinitè obtentæ fuerint, ea-
dem tamen pericula impendere possunt, quæ ex literis in-
certum & definitè scriptis; beneficium enim precistæ sce-
leratissimo certum perpetuò est, & nihil suâ interest, cui-
cunque præbendario vitam eripiendo, beneficium vacans
sibi reddat. Simili in casu hanc distinctionem respuere vi-
detur *Mæstert. d. 1.* Quapropter de J. Civ. responsionem
istam nullius valoris esse ducimus. Quicquid enim repu-
gnat rationi legis, illud legi ipsi, nisi expresse istud approve-
tur, repugnare æstimandum est. Aliter sentimus de Jure
Canonico, cui, cum distinctionem adductam suam faciat,
patrocinium hoc modo tribuimus.

§. 6. An dubitationibus hisce satisfiat, quando dici-
mus: Leges in contrarium allatas Imperatorem vinculo suo
non includere, & limitari istas per hoc jus Cæsareum, cū Cæ-
sar, ut Majestas, legibus positivis solutus judicetur; Leges
autem istas positivas esse, nulli dubitamus. Objectum enim
earum non importat intrinsecam turpitudinem, sed rem
indifferentem, quod nota est juris positivi, quo in nego-
tio provocamus ad omnium Eruditorum calculum. Votum
autem istud captandæ mortis fit saltim per accidens, quod
scelus, si quâ frequenter committeretur, Imperatori incum-
bit secundum prudentiam suam hujus juris exercitium su-

spendere; Servato tamen jure suo sub facto tecto. Quò
autem conamen nostrum eò meliùs inclarescat, neclere lu-
bet hoc ratiocinium. Quemcumque leges non tenent,
illius actiones & jura singularia non incurrunt in earundem
examen, & per consequens exinde nulla iis assignanda vel
justitia vel injustitia. Sed Imperatorem. E. Miramur itaque
quorundam prolixum laborem, quem impendunt in excu-
tiendis objectionibus, præsertim ex jure Canonico accer-
sitis, circa hoc jus Cæsareum. Quà in re cum primis ope-
rosus est *Herm. Herm. d. l.* sed attentis jam adductis princi-
piis supervacaneâ operâ. Cujus insuper resolutiones, cum
magis efferant auctoritatem Papalem, quàm rem feriant;
Hinc sicuti auctoritatem istam impræsentiarum, uti pate-
bit ex cap. 2. de nihilo censemus, ita istas resolutiones simili-
metimur fundamento. Expensâ sic juris primariarum pre-
cum origine ejusdemque justitiâ, properamus ad disputa-
tionis campum.

CAPUT I.

Juris primariarum precum quiddita-
tem, cum nominalem, tum rea-
lem evolvens.

§. 1.

Juris primariarum precum terminus complexus est, tam re,
quàm voce. Cum autem consueverit in foro Disputan-
tium, ne spurcis manibus statim ad ipsius rei penetralia pro-
gressus fiat, ut priùs termini, de quo digladiandum, *ὀνοματι-
λογία* excutiatur; Hinc, prout hujus generis complexi ter-
mini ratio exigit, non dividia erit, singulas complexi istius
voces brevibus attendisse.

§. 2.

§. 2. Notio juris unde appelletur, an à nomine Justitiæ, an à supino verbi jubeo, dissentiunt Auctores. Rationes eorum in utramque partem hinc ut pensitemus, instituti ratio non permittit. *Franzk. in Comm. ad w. t. de J. & J. n. 80.* tali modo litem hanc dirimere contendit, considerando videlicet juris vocabulum dupliciter, vel moraliter, vel juridicè: Hòc modò iterum vel pro habitu, vel pro actu. Jus in illo significato quoad derivationem bifariam inspicitur, vel quoad denominationem logicam, vel grammaticam. Juxta illam, tradente Ulpiano *l. 1. ff. de just. & jure*, jus à justitia nuncupatur. In posteriori significato, jus à jubendo dicitur, quasi jussum, ob excellentiam jubentis & jussionis auctoritatem, quâ de causâ, autore Festo, Veteres jura dixerunt jussa *arg. l. 7 ff. de Leg.*

§. 3. In suppeditandâ variâ vocis juris significatione, myriades fermè ambiguitatum passim occurrunt. Nobis jam sufficiat, famosiores acceptiones adduxisse. Diximus in præcedenti §. jus sumi vel pro habitu, vel pro actu. Priori acceptione nostra Jurisprudentia juris nomine venit, quod vult rubrica *tit. 1. lib. 1. ff. & Inst.* Posteriori autem notat principium directivum actionum liberarum, sive quod idem est, legem in finem societatis socios dirigentem *d. l. 7. ff. de just. & jur. vid. B. Dn. Franzk. d. l.* Explicatur interdum nonnihil laxius, pro justo & æquo, de quo Conf. Dom. Soto *lib. 3. de just. & J. quest. 1. art. 1. per tot.* Deinde notat idem quod facultas moralis sive potentia moralis activa vel passiva, quâ apti sumus ad objectum certum prosequendum vel fugiendum: Sic receptissimum est, ut dicamus, Jus indigenatus, pro facultate habendi ea bona, quæ indigenarum propria sunt, it. pro debito ferendi ea onera, quæ ab indigenis ferenda sunt. *Excell. Dn. Gæzius, Moralium Professor in hac almâ Salanâ celeberrimus, in Compendio doctrine de*
Jure

Jure Gentium c. 1. n. 3. Ultimò notamus hunc significatum, ubi idem est, quod potentia moralis cum Imperio. Et hoc sensu intelligimus Jura Majestatis. *Dn. Samuel Pufendorff in Elem. jurispr. univers. l. 1. def. 8. §. 1.* Homonymiam hujus vocis uberiores vide apud Scholasticos passim & Jctos, qui commentati sunt ad *t. ff. de just. & 7.* Add. Guiliel. Grot. *in tr. de prius. Jur. Nat. c. 1.*

§. 4. In evolvendis vocibus primariarum precum breviores sumus. Vocab. primariarum natales suos cui adscribat, in proclivi est. Varias denotationes fermè nullas, & si quæ sunt, paucissimas invenit. Significat autem communi sensu, quod in aliquâ re primum est. Vox precum, ab antiquo prex est, Fab. in *Lex. voc. precis prece.* Acceptio istius non adeò diversa occurrit. Interdum tamen abusivè admodùm usurpatur: Sic preces Thyesteas, execrationes sunt & diræ imprecationes, quales Thyestes in fratrem Atreum, qui trucidatos filios pro cibo Thyesti apposuerat, iratus effuderit apud Horat. *Exod. 5. v. 68.* Nam sicuti Græci ἀπαί, sic preces Latini pro obsecrationibus & execrationibus usurpant. *vid. Lamb. ad Horat.* In jure acceptio hæc tralatitia est, ut notet libellum supplicem sive postulatam *l. 2. C. de usufr. l. 5. C. de Impub. l. 9. C. de libert. caus. l. 10. & 17. C. de R. v.* Sic preces fundere, supplicare est *l. 5. C. de rerum perm.* Hinc tit. *C. de prec. Imperat. offer. &* formula illa: *Si preces veritate nitantur.* *vid. Calv. in Lex. jurid. voc. Preces.* Quoad nomen proinde primariæ preces nihil aliud sunt, quàm intercessiones primò de iis supplicantibus concedi solitæ. *Burgold. ad Instr. Pac. Osnabr. ad art. 5. §. 5. v. ubi sacra, & c.* Id moris enim fuit Imperatoribus, ut hilariter & promptè beneficia conferrent primò petentibus: Hinc orta appellatio primariarum precum. *Dan. Otto dissert. de J. publ. c. 16. p. m. 536.*

In-

Interdum primariae preces denotant ipsum Regale jus nominandi ad beneficium, quod mediantibus istis exercetur, ut in *instr. Pac. Osnabr. d. l. leg. hic Burgold.*

§. 5. Primariae preces aliis quoque significantur vocibus. Dicuntur enim coeteroquin precum primitiae, Germ. *Panieß-Brieffe*, fortassis inde quod per ejusmodi preces praebendum vel beneficium aliquod ad meliorem vitae sustentationem obtineat precista, *vid. Paul. Wehn. loco mox dicendo verb. zu ihrer Enthaltung.* Vocitantur etiam *vor und Präsentation-Schriefften um Lagen-Pfründe Wehn. observ. pract. verb. Panieß-Brieffe/ ubi act. das sind Vorschriefften um Lagen-Pfründe/ und Präsentation-Schriefften eines Kayfers auff ein Gottes Haus um eine Pfründe zu Küchen und Keller einen alten Diener.* Deum dem Römischem Kayser gebühret aus alten löblichen Herkommen und Gewonheit/ auff einen ieden Prælaten oder Gottes Haus des heiligen Reichs eine Person die Kayserl. Maj. der zugefällig ist zu präsentiren, damit einem eine Pfründt vom Küchen und Keller gegeben werde. Als wenn ein Kayserlicher alter Trabant / Hatschier oder ein ander alter wohlverdienter Diener von Kayser eine solche Vorschriefft um Lagen-Pfründe/ oder ein *Panieß-Brieff* / an eines Stiffts Abt/ Probst/ Dechant/ Kloster oder Stifft (so von denselben zu leben gehen) ausbringt und ausgebeten hat/ in Vornehmung und Hoffnung in denenselben Klöstern und Stifftern zu ihrer Enthaltung Pfründen und Leibgeding damit zu erlangen.

§. 6. Excusso sic nomine accedimus ad rem. Quamvis autem non diffiteamur, praesentis materiae quidditatem, vix purae definitionis cancellis includi posse, misis tamen aliorum descriptionibus, variam formam & sensum hinc inde

B

con-

consignatis, aliqualem juris primariarum precum delineationem hunc proponimus in modum:

Jus primariarum precum est Reservatum Imperatoris, ejus virtute potestatem habet nominandi & promovendi unam personam idoneam ad beneficium ecclesiasticum ubique in Imperii Ecclesiis, quovis tempore vacans vel vacaturum.

§. 7. Generis loco ponitur Reservatum Imperatoris. Jura Majestatis vulgò dispeſci ſolent in Republ. mixtâ in Communicata & Reservata, quæ diviſio optimè convenit noſtro ſtatui. Cum autè communiore calculo jus primariarum precum ab Autoribus ſubjiciatur Reservatis Cæſaris, probabile aſſertu videbatur, ſi ejuſmodi conceptu generico definito noſtro tribueretur. Eſt quidem telum quoddam, quod hiſce opponi poſſit, ſed contuſum obſervabitur infra in *cap. 3. §. 1.* Differentia deſumitur ab ordine ad objectum, ſicut in omni facultate tam naturali quàm morali (cui accenſentur jura Majestatis) fieri & ſolet & convenit. Differt hoc jus à reliquis Reservatis quatenus ſe exerit circa ſacra, eorum beneficiis extraordinario modo benè merentes aſficiendo.

§ 8 Perſequimur dilucidationem datæ deſcriptionis, cum nonnulla notatu digna addi mereantur. Diximus *promovendi unam personam idoneam.* ultra enim unum beneficium ſingulæ eccleſiæ onerari nequeunt, uti ipſemet Imp. Carol. IV. in Reſcript. *de prim. prec.* apud Gold. *tom. 1. Conſt. Imp. p. m. 343.* aſſerit. Hæc autem ceſſant, ſi preces uni conceſſæ non fortitæ fuerint effectum, tali enim caſu Imp. alim non in re poteſt; conceſſio etenim primariarum
pre-

precum cum effectu accipienda est Herm. d. l. n. 21. & sqq.
Dignitas personæ promovendæ æstimatur ex qualitate ejusdem, quatenus convenit juribus & consuetudinibus Ecclesiæ, cujus beneficium conferendum desiderat. Hinc si in Ecclesia omnes debent esse Comites, Barones, Nobiles, & quidem ejus conditionis, ut, prout moribus Germanorum receptum est, octo generationum Nobilium ex utroque latere sine defectu Nobilitatis probatio producat, quod germ. sic exprimitur: Sie müssen vollbürtigen Adelsstandes seyn / welche ihre Ahnen und Helm beweisen können. Hac consuetudo Germaniæ in Ecclesiasticis Collegiis Capitularium præsertim superioribus, auff den hohen Stiftern / tam Principum & Comitum, quam Nobilium (similiter etiam bey Aufnehmung der Ritter = Orden S. Johannis und Equitum Marianorum) attestante Matth. Steph. tr. de Nobil. c. 5. n. 68. strictè observatur: porro legitime nati, corporis vitio carentes, ut non destituti vel privati oculis, auribus, hisce qualitatibus instructa persona promovenda admittitur, sin minus, rejicitur. Cæsar enim jus Ecclesiæ convellere non potest, & saperet hæc res aliquam speciem alienationis Abb. in cap. cum dilectus de consuet. Ad hæc limitata potestas transit cum suo onere c. ex literis de pignor. Unde quando ex jure devoluto superior confert, is tenetur secundum naturam foundationis beneficii hoc facere, uti Episcopus ex jure devoluto nominans Abbatem ex gremio nominare debet Job. And. in cap. contra cum de R. I. Circa constitutionem personæ idoneæ singularia quædam suppeditanda essent. Cum autem ad hoc requiratur ætas imbuta insigni experienciâ, ideoque isthæc ab annis meis aliena sperari haut posse, credo.

§ 9. Diximus porrò ad beneficium ecclesiasticum. In-

telliguntur hinc omnia beneficia sive regularia sive secularia, sive curata sive non curata, sive mediata, sive immediata; largior tamen judicatur potestas Imperatoris in immediatis beneficiis, quam mediatis. Spreng. in Fonte jurispubl. Rno-Germ. Cap. de statu Relig. 23. p. m. 286. Ex quo porro animadvertendum p. m. 161. cessare potestatem Imperatoris, ubi Collatores quatuor beneficia ecclesiastica conferre non habent. Ad classem hanc referimus quoque majora beneficia, dignitatem & administrationem adnexam habentia, ut sunt Episcopatus, Prælaturæ, sicuti nos informat Diploma Wenceslai, quo Jus primariarum precum per Dioccesin Spirensis & Wormatiensem concessit Ruperto Seniori, Comiti Palatino Electori anno 1388. Verba Diplomatis, cum maximè faciant ad explicationem nostræ descriptionis, ex Gold. tom. 1. Const. Imp. p. 375. adponere juvat. Nos Wenceslaus &c. Quod Tu omnes primarias preces ratione nostræ coronationis in Romanum Regem hodiè, videlicet die sextâ mensis Julii, Aquisgrani, divinâ favente clementiâ, solenniter susceptæ, per civitatem & Dioccesin Spirensis & Wormatiensem, tam de jure, quam ab antiquâ consuetudine, Divis Romanorum Regibus, nostris Antecessoribus & Nobis competentem porrigere valeas & debeas, in singulis tam Cathedralibus, quam Collegiatis & Conventualibus Ecclesiis & Monasteriis, utriusque sexus, tam secularium quam regularium personarum, nec non ad privatas & alias personas Ecclesiasticas, quas cunque, etiam si Pontificali vel aliâ præfulgeat dignitate in dictis Civitatibus & Dioccesibus, sicuti easdem preces per nos porrigere possemus: Jus & potestatem porrigendi hujusmodi preces nobis competentes in tuam personam omnimodò formâ & jure, quibus melius fieri potuerit, plenariè transferendo. Et
fi

si divinâ Nobis suffragante Gratiâ ad apicem Imperialis cul-
minis fuerimus sublimati , volumus, & Tibi favorabiliter
concedimus, tenore præsentium, quod Tu preces primarias
ratione susceptionis Imperialis Coronationis nobis com-
petentes etiam porrigere valeas in dictis Ecclesiis , omni-
modò formâ & jure, sicut de primariis precibus ratione re-
giæ Coronationis nostræ superiùs est expressum.

Qr. An quoque huc spectent officia ecclesiastica. Resp.
Officia aut in titulum dantur aut non dantur, hoc modo
huc non pertinent, & hujus generis officia sunt officium,
Custodis, Cellarii Protonotariorum & alia, de quibus *Gomes.*
ad Reg. de infirm. quest. 22. Illo modo huc spectant veluti
sunt Thesauraria, Sacristia, Primatus, Archipræsbyteratus,
Præpositura & similia de quibus diversi sunt in jure Canon.
tituli. In nihilo enim distant hæc officia à beneficiis eccle-
siasticis c. 1. §. cum verò. de Concess. Præbend. gloss. in Clem. 1.
verbo officii de Decimis. Rebuff. in praxi tit. seculare benefi-
cium quotuplex n. 6.

§. 10. Diximus ulteriùs *ubique in Imperii Ecclesiis.* In-
digitamus hîc Juris universalitatem in ordine ad subjectum.
Cæsar enim fruitur jure hoc non solum in Catholicis Eccle-
siis, sed etiam Protestantium. Quæ ultima assertio non
adeò immoto veritatis talo stare videtur : Ast succurremus
illi infrâ peculiari cap :

§. 11. Subnectitur in descriptione *quovis tempore* :
Huic se opponunt benè multi moti text. Concord. Germ.
de anno 1447. §. 3. ubi sex menses Papæ reservantur alterna-
tionè quorum primus est Januarius, cæteri ita se excipiunt.
Martius, Majus, Julius, September & November. Et de his
dicitur germ. idiom. *Diß sind die gewissen Monat / dar-
innen die erledigten beneficia dem Pâbstlichen Stuel*

heim stehen Burg. ad instr. Pac. art. 5. vers. si quid. verb.
mensum Papalium. Verum in Concord. Germ. de dicto
anno maximè in vehitur *Casp. Hed. in bistor. Eccles. lib. 11. c. 21.*
(quem laudat *Gold. in Const. Imp. p. 117. Lymn. in add. ad
Cap. Car. V. p. 225.*) Ista accusans alicujus injustitiæ, dum per
Romanæ Curiaë machinationes extorta habentur. Add.
gravam, Nat. German. de anno 1520. & 1522. apud Goldast.
tom. 2. Const. Imp. p. 119. Præterea Resp. licet Concord.
Germ observantiam deberent Impp. uti vult *Alphons. ad
Reg. Cancell. 8.* Cum tamen in illis ne *ꝑꝑò* quidem de prima-
riis precibus occurrat; hinc Cæsarum juri nihil derogare
possunt; Generalis enim renunciatio vel dispositio singu-
lare Jus non tollit, ut eleganter *Gunzel. Comm. in Reg. jur.
reg. 80. ex l. 41. ff. de poenis* ampliat, quando quidem harum
precum jus longè antiquius est concordatis inter Frider.
Imper. ac Principes Germaniæ. Conf. hîc *Klokk. tom. 2. Conf.
8. n. 38. Stamml. de Reserv. Imp. §. 51. n. 6. Dn. Fritsch. d. tr. c. 2.
1. 33. & seqq. & cap. 5. 1. 10. & seqq.*

§. 12. Ultimò ponitur *vacans vel vacaturum.* Hæc
verba ut conjunctim infererentur definitioni, necessarium
duximus; existitisset enim definitio, omisso alterutro, an-
gustior suo definito. Quâ in re errare videtur Azorius in
Inst. Moral. quando vocem, *vacaturum*, solam adducit in de-
scriptione juris primariarum precum. Non enim tantum
respectu *vacaturorum*, sed etiam *vacantium* beneficiorum
preces conceduntur, uti luculenter patet ex superius allato
Diplomate Wenceslai. Circa hæc verba notandum quo-
que venit, quod malè quidam Autores, quos inter est dictus
Azor. & Matth. Steph. de jurisd. lib. 4. c. 19. illis adjungant
vocem primò, quasi Gratia hæc *Regalis* sese exereret solum
ad primò *vacatura* beneficia, exclusis secundâ vice *vacatu-
ris*

ris vel vacantibus, observantia sanè contrarium docet. Hinc si precista in formulâ concessionis deprehendat juxta sty- lum, licere sibi acceptare beneficium, quodcumque & quodcumque duceret acceptandum, optionem habet. vid. *Herm. d. l. n. 63.* qui assertum hoc prolixè examinat. Pro quo etiam anno 1655. 17. Jul. Facultatem juridicam Salisbur- gensem respondisse ait. Postremò quærimus, an in omni casu vacantis beneficii precibus locus erit? *Klok. ad Reg. Canc. 8.* proponit vel triginta vacationis modos: Inter quos, quocumque accidente, excepto isto per resignationem tum simplicem, tum conditionalem, item resignationem ex causa permutationis, nominationem Pontificis ad bene- ficia ecclesiastica sibi reservata locum invenire, asserit; Et sic quoque respondere solent Dd. ad hanc quæstionem. An dicimus, hanc responsionem saltim procedere in eo casu, ubi precista resignans, simul preces per cessionem in alium transfert, ut in resignatione ex causâ permutationis, quæ cessionis facultas precistâ denegari non potest, quod exem- plo & præjudicio de anno 1604. confirmat *Vobrug. in indicul. jur. Can. p. 718.* quem refert *Dn. Eritsch. d. tract. c. ult. num. 13.*

CAPUT II.

Titulum Cæsarei juris circa preces con- cedendas suppeditans.

§. I.

Varia intercedit pugna inter Dd. I. P. ad Juris hujus pri- mordia indaganda, illique certum titulum assignan- dum. Benè magna pars est Asserentium, in beneficiis Pa- palibus numerandum esse, quod jure primariarum precum gau-

gaudeat Imperator. Et hoc assertam inexpugnabili muni-
endum vallo, palmarium reperisse putat patrocini hujus
cohors, dum Speculator *lib. 4. part. 3. de præbend. & dignit.*
§. rest. 11. 7. privilegii hujus bullam papalem vidisse, tan-
quam testis *αὐτόπτης*, omni exceptione major, creditur. Cui
Speculatoris fucō colorem addit principium pro Pontificis
Fautoribus ficulneum, & adulterina sensu ex S. C. extortum
quod ita habet: Jus circa sacra & res Ecclesiasticas summum
penes sedem Romanam esse. Hæ horrendæ voces maxi-
mè sonuerunt tempore istius Titionis infernalis Hildebran-
di, quem nostrates, exploratâ perversâ turbulenti hominis
naturâ, Hellebrandum dixere Pacif. à lapide in N. & str. ad
Severinum de Monzamb. *c. 1. p. m. 225.* Quo stante principiò,
sanè firmiter concluderent Pontificii, Jus primarium pre-
cum dependens quid esse à Gratiâ papali.

§. 2. Ast sibi lo digna ab iis proferuntur, & nullo fermè
negotio liquida reddi possunt, quod ut commodè fiat, sup-
ponimus ex Aristotele Philosophorum Coriphæo *lib. 7. Pol.*
c. 8. Inter ea *ἢν ἀνδρῶν πόλις ὄντι αὐτῶν εἶναι* Curam sacrorum &
religionis esse, quam ipse vocat *περὶ τὸ θεῶν ἰπιμέλειαν*. In
hoc confluunt Autores unanimiter; Imò ipse Machiavel-
lus, aliàs omnis religionis contemtor, dum in hæc prorumpit
verba, *c. 12. lib. 1. Comm. in div. Quæcunque Respublicæ se ipsas*
conservare cupiunt, in id unum præ cæteris incumbere debent,
ut verum religionis cultum rectè instituant & venerentur.
jam inquirendum venit, cui nam in Civitate cura hæc attri-
buendum sit. Haut dubiè illa persona, quæ gaudet *ἡ κν-
είω* existimamus.

§. 3. Huic assertioni Patrocinium suggerit sacra scri-
ptura, Jus Naturæ & Jus gentium. Pro Majestate civili
ex sacro Codice, quæ adferri possunt, innumera fermè sunt.

In

In spiciamus pro instituti ratione pauca: *Deut. 17. v. 19. Jos. 1. v. 7. Ps. 2. v. 10.* defensio utriusque tabulae Decalogi adjudicatur Magistratui. *Es. 49. v. 23.* Reges vocantur Nutricii Ecclesiae & Reginae Nutrices. Quomodo autem Nutritiorum titulo dignos se gerere possunt, ni Ecclesiae in se suscipiant tutelam & patrocinium, Ministris Ecclesiae de sustentatione & salariis prospiciendo? *Exod. 21. v. 6. Ps. 82. v. 1.* Vocantur Dii. Ergo ut DEI decet vicarios, Religionis & Ecclesiae vigilantem gerant curam. *Es. 44. v. 28.* dicuntur quoque Pastores.

§. 4. Ratio naturalis similiter non cessat, propugnando assertum nostrum. Si enim attendimus finem cuiusque Rei publicae & Civitatis bene constitutae, dicendum sane est, non denegandum esse directori suo id, quicquid ille ab ipso exposcit. Ille autem desiderat naturam suam, ne sui appetitus frustraneus sit, quod fit praescribendo leges iis actionibus, quibus salus Reipublicae innititur. Et facit utramque paginam jus circa sacra; ut sonat suppositum nostrum; jam vero Majestas Civilis est directrix in finem societatis civilis, quod omni jure firmissimum est, siquidem Deus ipse potestati ἀρχιπικτωνικῆ hoc officium demandavit. E. Cura quoque sacrorum in ipsius manu posita censenda est. Conf. Magn. Dn. Strauch. *Exerc. Exot. 5. tb. 1.* Incomparabilis Conringius *diff. de potest. Civ. circa sacra.*

§. 5. Ut porro demonstraretur assertio nostra moribus Gentium congrua, primo loco adducimus consensum populi DEI: Sic Moses, qui officio Regio praefuisse dicitur, populo Israëlitico *Deut. 33. v. 5.* divinam auctoritatem religionem in Gente Israel constituit, legem divinitus acceptam promulgavit, Aaronem Sacerdotem & filios ipsius initiavit, leges tum toti populo, tum sacerdotum ordini praescripsit *Ex. 20.*

C

Lev.

Lev. 8. & 10. Num. 3. Rex David, non solum arcam foederis ex aedibus Obededom reduxit *2. Sam. 6. v. 12.* sed etiam, vasa aurea, argentea & aerea hostibus erepta, vel in signum subjectionis ab ipsis donata, Domino sanctificavit *2. Sam. 8. v. 11.* Levitarum officia per certas vices distribuit *1. Paralipp. 24. & sqq.* Præparavit necessaria ad templi structuram *1. Paralipp. 23. v. 4. & sqq.* Nabuchodonosor Rex Babylo-
 nius verum Deum coli præcepit, & blasphemias contra Deum sub pœna mortis prohibuit *Dan. 3. v. 96.* Gallia Rex Henricus II. ex Senatus decreto plenam sibi & integram de Religione cognitionem servavit, ut habet *Ibuanus lib. 16.* Anglia Rex Henricus VIII. decretum fecit, quo se per Angliam ut regni, ita & Ecclesiae legitimum ac proximum à Christo caput pronunciavit, Pontificatu planè rejecto, capitis pœnam constituens, si quis Episcopo Romano supremam in Ecclesiasticis potestatem adscriberet *Sleid. lib. 9. f. m. 140.*

§ 6 Quicquid igitur convenit sacris literis, moribus gentium, principiis naturalibus, illud in nostrâ quoque Majestate nequaquam est improbandum, nec illi detrahendum, præsertim cum hoc jus circa sacra cum aliis juribus justissimo titulo à Romanis ad Germanos devolutum sit. In Republicâ enim Romanâ non solum jus prophanorum erat penes Reges, summum illum Senatam, Imperatores; Sed etiam sacrorum. In LL. Regiis ita: *Rex sacrorum Præses esto.* In statu Monarchico loquuntur pro hoc jure Regio oppidò multæ Constitutiones Imperatorum, res sacras concernentes. Sic Imperator Justinianus curam Ecclesiae non minorem habuit, quam vitæ suæ. *Nov. 3.* festinavit subditos edocere suos, quæ sit vera Christianorum fides, & ne præstigiis suis Nestorius Anthropolatra, Eutyches, Apollinaris animi-
 cida

cida simpliciorum animos turbarent, omnibus insinuari
necessarium putavit, quomodo sentiat sancta DEI Ecclesia.
l. 5. & 6. C. de Summ. Trinit. Sic constituerunt Imperatores
tam Patriarchas sive Metropolitanos, quam reliquos Epi-
scopos, quoties libebat vid. Euseb. *lib. 4. de vitâ Constant.*
M. De Patriarchâ Constantinopolitano expressè id testatur
Pachymeres lib. 4. verbis his: In Patriarchâ designando in
concilium adhibenda voluntas Imperatoris, & is unus huic
muneris obeundo idoneus censendus, qui illa acceptus fuerit.
Patiebantur quidem interdum Imperatores eligi Episcopos
tam à clero, quam à populo, confirmatio tamen erat penes
ipso Imperatores: Cujus rei testis Nicephorus Gregorus *lib.*
3. c. 2 Quod concernit Imperatores germanos, ejusdem juris
exercitium de illis legitur vid. *dist. 63. c. Adrianus, dist. ead. c.*
in synodo. Ubi tamen non concludendum, quasi istud per
modum superioritatis Pontifici Romano in acceptis refe-
rendum sit, cui tanquam privato, imò servo servorum cum
rebus imperiosis nihil erat negotii: Etenim gaudent Ger-
mani imperatores juribus istis cæsareis ex liberâ electione
populi Romani ob virtutem Caroli M. accedente transacti-
one cum Orientalibus Augustis, Conf. Henr. Meibom. *tr.*
de jur. investitura Episcop. Imp. Rom. à Pont. per vim & ty-
rann. adempto.

§ 7. Quibus suppositis, formamus contra machina-
tiones papales tale argumentum. *Quaecunque potestas com-*
petit τῷ Κυρίῳ in civitate omni jure, nec ei à DEO T. O. M. ut
Regnorum Domino, verbis disertis & maximè perspicuis ere-
pta & Pontifici Romano tradita probatur, illam perperam
Pontifex Romanus sibi vendicat. Atqui summa illa pote-
stas circa cultum sacrum, in quantum illa ab homine aliquo
exerceri potest, competit τῷ Κυρίῳ, nec ei à D. O. M. verbis

disertis & maximè perspicuis erepta & Pontifici Romano tradita probatur. E. Maj. per se patet ; Omne enim jus, quod summa potestas omni jure habet, tum demùm ei à DEO eripi credendum est, quando DEUS jubet singulatim omnibus, qui Majestatis munere funguntur, verbis disertis & perspicuis, ut jure suo cadant & Majestatis suæ partem aliis relinquunt. Valdè enim tenaces solent esse jurium suorum summæ potestates, nec temerè iis cedunt, sed bella potiùs gerunt maxima, pro tuendâ suâ autoritate. At contra DEUS, quàm maximè odit & vetat dissidia omnia, adeoque nulla justa dissidiorum causa citra dubium ab ipso est data terrarum orbi. Si quid ergò eripere voluisset Majestati, idque Pontifici Romano dare, usurpasset utique verba perspicua, ne quis justæ exceptioni esset locus. Minor partim ex præcedentibus constat, ubi de jure Naturæ, divino, & Gentium hujus juris subjectum in Majestate probavimus. Cæterùm hanc potestatem non ereptam esse Majestati à DEO verbis disertis, in propatulo est vid. Dn. D. Henichius *in Diss. de Majest. Civ.* Non enim sequitur, Petrus fuit Romæ. E. Pontifex tanquam Vicarius Petri (qui scilicet fuit Christi vicarius) habet summam potestatem in regnis. Quod si daremus, Petrum fuisse & docuisse Romæ, quod propter consensum antiquitatis à seculo II. usque ad V. concedi posset, juxta *Hornej. Comp. Histor. lib. 1. c. 8. à §. 3. usque ad 10.* At quid inde? In consequentiâ deducendâ & probandâ Hellebrandini manifestum semper vanè in se redeuntem circulum committent. *Nobiliss. Dn. Bechman. in tr. de priv. stud. c. 2. n. 13. & 14.* Insuper ex dictis suprâ adducta Hildebrandinorum assertio luculenter impingit in principia politica. Summum enim jus circa sacra Imperator unà cum statibus habet. E. Papa illud habere nequit, cum contradic-
ctio-

ctionem involvat, dari duas summities in jure circa
sacra.

§. 8. Ex dictis ergò patet, famosum Pontificium fun-
damentum nullum esse. Hinc cum fundamento hoc perit
colorata fides, bullæ ac Speculatore visæ adjecta; Quæ Specu-
latoris autoritas in hâc re nunc flocci habenda demonstra-
bitur. Monstrosa sane profert Speculator, dum bullam,
papalem de privilegio juris primariarum precum oculis suis
subjectam refert. Contra enim naturam est, ut superior
accipiat privilegium ab inferiori. Sicuti enim lex proce-
dit à voce principali; ita etiam privilegium. Hinc potiùs
jura, quibus gaudet Pontifex in imperio Romano - Germa-
nico, per rationem juris cujusdam singularis ab Imperatore
concessa habet. Hoc assertum itaque non minus impin-
git in principia politica, quàm, uti supra dicebatur, jus sum-
mum circa sacra penes sedem Romanam esse. Deinde val-
dè suspecta redditur autoritas Speculatoris ex hoc, quod *d. l.*
non addiderit, quo loco & quo tempore indultum sit hoc
privilegium Imperatori à Pontifice, quod sanè maximè ne-
cessarium fuisset, in re tam arduâ tantique præjudicii; Refe-
renti enim non creditur, si de relato non satis apparet, *auth.*
si quis in aliquo C. de edend. l. 1. C. de mandat. Princ. l. un. C. de
super ind. ubi Barth. & Angel. Surdus decis. 131. num. 2. Add.
Magnif. Dn. Strauch. oratio solemnis heic loci quondam hâc
super re habita, ubi pluribus Speculatoris sententia enervata
legitur. & Dn. Fritsch. d. tr. c. 2. n. 27. & sqq.

§. 9. Quod prætereà fulcrum suis assertionibus sup-
ponunt contrariantes, ubi producant propriam Imperato-
rum confessionem in suis diplomatibus primariarum pre-
cum de juris istius confirmatione papali, apud Paurmeist.
de jurisd. l. 1. c. 4. & alios, fragile admodum est. Non nega-

mus equidem, propriam istam confessionem sæpe numero
ab Imperatoribus de sui juris papali confirmatione, quam
& hodiè Impp. in exercendo jure primariarum precum in
suis Concessionum formulis venerari solent, uti ex Gail.
Paurmeist. Matth. Steph. & aliis monet Lampad. *de Rep.*
Romano-Germ. p. 3. c. 11. §. 46. factum esse. Veruntamen eo
ipso non evincitur, ut statim dicendū sit, quod hoc jus Cæsa-
reum dependeat à gratiâ Pontificis. Ejusmodi enim con-
fessio inducit jus vel superioritatem quandam non magis,
quàm in scriptiones *Unsern Lieben Gehorsamen / Lieben*
Getreuen / unserer Stadt & vicissim unsern gnädigen
Herrn / unsern Landes Fürsten / Landes Herrn / Erb-
Herrn &c. probant subjectionem. Quæ compellationes
sunt verba reverentialia, verba honoris & curialitatis, & in-
telliguntur ejusmodi verba adulatoria magis, quàm obliga-
toria. *Francisc. Mantica de Tacit. §. ambig. conv. l. 2. tit. 4.*
num. 48. Caspar. Ziegler in Comm. ad praxin. Calv. §.
Landf. num. 200. add. ibi citati. quandoquidem verba ex-
tra subjectam materiam & intentionem contrahentium
prolata, nihil operantur, *Surd. decis. 119. n. 24.* Et ejusmodi
compellationes in præjudicium Imperii nihil operari, nec
in confitentis præjudicium, sed ad ejus favorem explican-
das esse, post alios eleganter deducit *Viet. de Exemt. Conclus.*
37. Dicta jam optimè fundata esse putamus *in l. 22. C. de*
Agric. & Censit. Quod concernit confessionem Imperato-
ris in suis formularum concessionibus, illa firmiter quoque
admittit sanà applicatione dictorum præsidium. Non enim
judicamus, Impp. hisce confessionibus superioritatem
quandam Pontificiam in ullâ re intendisse, sed potius juris
sui feliciter exercitium, quod alioquin sine honorificâ Pon-
tificis nominatione impediri consuevit, siquidem Eccle-
sia

lia Capita, enormi potentia gaudentia, & omnibus ferme
civilis Imperii carentia habenis id tantum agebant, quod
Pontificiam dignitatem & Ordinem Clericalem in emi-
nentissimam honoris ac potentiae fede praeceteris colloca-
rent. Hinc nulla necessitas imposita est Imperatoribus,
hujus Gratiae generis codicillos roborandi, inserta juris sui
confirmatione apostolica, sed liberè istam adducunt, quod
insuper dici potest ex multis diplomatibus, in quibus praeter
elementorum verb. pontificiae auctoritatis *et cetera* nihil ad-
fertur. Hac de re inspicere licet literas Gratiae Rudolphi-
nas de anno 1273. ex Naue. *generat. 43.* & Goldast. *tom. Const.*
Imp. fol. 93. verba ita habent: *Rudolph von Gottes Gna-*
den / König allezeit Mehrer des Reichs / den Ehrwür-
digen in Christo andächtigen Abte / etc. Dieweil aus
Alter und Christlicher langhergebrachter Gewonheit
der Kayser und Könige auff uns kommen ist / daß ein
ieder Kirche auff unsere Bitte eine Pfründe geliehen
werde / so bitten wir dich etc. Add. supra c. 2. adductum.
Diploma Wenceslai. Similis quoque concessionis formula
legere est apud Wehner. *obs. pract. verb. Panieß = Brieff.*
Sic satis emedullatas vidimus vires protegentium juris hu-
jus Caesarei indultum papalem. Horum princeps est An-
dreas Gailius, Germanicorum Practicorum auriga *l. 2. o. 15. 5.*
num. 7. Accenseri hinc possunt omnes ferme Curiae Romanae
assecla.

§. 10. Circumfertur à Dd. quibusdam alius hujus Im-
peratorii juris titulus, quos inter est Spreng. *de juris. publ.*
p. m. 35. qui ab isto sic exprimitur: *Imperatores ex eo jus pri-*
mariarum precum sibi vindicârunt, quod antiqui Impp. sem-
per fuerint primi & supremi Ecclesiarum Cathedralium, si-
cut adhuc in Franzia videmus, quod Rex sit Canonicus in Ec-
clesiâ

clesiâ Lugdunensi, Pictaviensi, Manensi, Andegavensi & S. Martini apud Turonenses. Sed hæc assertio, vel conjectura potius, probabilis non videtur Dn Fritsch. *d. tr. c. 2. n. 43.* ad quam destruendam varias congeffit responsiones. Inter illas autem arridet ultima, quæ ita sonat: *Imperator non omnium, sed aliquot duntaxat Ecclesiarum Canonicus esse dicitur; Unde ergò ipsi jus primariarum precum in omnibus etiam Collegiatis & minoribus Ecclesiis totius Imperii? Retissimè hæc.* Si enim Canonicatus Imperatoris causa esset hujus juris, sequeretur, quod non in omnibus Collegiatis & præsertim minoribus Ecclesiis Imperii gauderet Imperator facultate nominandi ad beneficium ecclesiasticum. Hanc responsionem facimus jam nostram. Sequela enim hæc sicuti est contra jus & observantiam; Ita antecedens conjectura respuenda videtur. Contrariam observantiam ostendit Speid. *in Notab. voc. Kayser.*

§. II. Restant adhuc duæ sententiæ in ponendo titulo, quo innitatur justitia juris Cæsarei primariarum precum. Una hoc jus tribuit Imperatori ratione universalis protectionis Ecclesiarum. Audit enim Imperator ex multis Imperii Recessibus summus atque universalis Ecclesiarum Advocatus *vid. R. I. de anno 15. 18. §. Erstlich de anno 1541. §. Aber Churfürsten ibi. Und uns als Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen/etc.* Altera jure primordiali Majestatico ex antiquâ & approbatâ consuetudine jus hoc tanquam reliquias pristini illius, Imperatoribus in conferendis Ecclesiasticis Prælaturis & præbendis competentis juris Imperatori nostro competere contendit. Has duas sententias si penitiùs inspiciamus, nihil contrarii in re ipsâ ex iis emergit. In hoc tantùm differre videntur, quod videlicet patrociniùm Ecclesiarum Universale ansam & occasio-

casionem præbuerit huic juri exercendo, cujus exercitium
sumsere sibi Imperatores jure Majestatis in compensatio-
nem quandam præstitæ Ecclesiarum Advocatiæ, titulus ta-
men ascribendus radicaliter sit juribus Majestatis. Si con-
jectura locum inveniret, adjiceremus, jus quoque hoc sibi
reservasse Impp. jure Majestatis in recognitionem domini
memoriamque liberalitatis, cui in acceptis referant benefi-
cia ecclesiastica illis fruenter.

§. 12. Ultimæ huic sententiæ ut nos subscribamus, sva-
dent rationes non contemnendæ, quæ omnes dissentien-
tium impetûs rident. Dictum enim est superiùs, summam
potestatem administrare jura circa sacra proprio jure. Er-
gò etiam jus primariarum precum, quod illis subjicibile est.
Quamvis Imperatorum summa potestas circa sacra,
tempore Henrici IV. & V. Impp. ingens naufragium susti-
nuerit, dum illi jus constituendi Pontifices, huic jus inve-
stituræ Episcopalis à Papis violenter extorquebatur. vid.
Not. & strict. Aut. in Sev. Monz. p. m. 233. Henr. Meybom.
d. tr. Nullibi tamen in scriptore quodam dexteri animi le-
gere est, Jus primariarum precum eandem simul passum
fuisse injuriam, ut proinde preces reliquiæ sint pristini Im-
peratorum juris circa sacra. Juvat opinionem nostram,
quod in dubiis semper pro splendore & juribus Imperatoris
respondendum sit, interest enim Reipublicæ, ut ne autori-
tas Cæsaris evilescat, quod sanè fieret, si quidquam tribue-
retur gratiæ Pontificis. Hæc etiam ratione cumularetur
injuriâ, quâ ferè afficitur Cæsar quando jus primi vacantis
beneficii primariarum precum appellatione prosequi usum
obtinuit, uti notat Dn. Conring. ad Lampad. p. 3. c. 11. §. 46.
Eleganter huic loco conveniunt, quæ tradit Sever. Mon-
zamb. de Statu Imperii Germanici c. 5. §. 27. quò B. L. remit-

D

to.

ro. Ultimam assertionem porrò confirmant diversa Imperatorem Diplomata, in quibus titulus describitur: antiquum Imperatorum Jus & Consuetudo, confer. suprà allegata formulæ Wenceslai & Rudolphi. Add. rescriptum de primariis precibus Caroli IV. apud Goldast. tom. 1. *Constit. Imper. p. 43.* Hisce lucem afferre videntur, quæ habet Dn. Conring. *in animadvers. ad Bullam Innocent. X.* cujus verba ut subnectantur operæ pretium censemus. *Non equidem negaverim, inquit, à Papis solere jam aliquandiu tale quid Cesaribus concedi. At verò jus hoc Cesareum niti solis papalibus concessionibus, neutiquam videtur admittendum, idque quoniam ante plurima jam secula Casares hoc jure fuerunt usi, non agnoscentes donum aliquod papale, sed antiquâ consuetudine aliquid sibi debitum ratione sue coronationis. Quinimò videtur potius hoc jus ejus esse generis, quale illud, quod vi coronationis Imperator fiat Aquisgrani quidem Canonicus Collegii S. Mariae, & Ecclesie Majoris Coloniensis, Roma verò Canonicus D. Petri. Quæ utidem Papis habentur, sed potius tenues sunt reliquia antiqui juris Cesarei circa collationem Episcopatum, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum. Hæc verè Dn. Conring. Postremam sententiam fovent plurimi Auctores, quos interest Dn. Tabor. *Diff. de Regim. Eccles.* Dn. Fritsch. *d. tr. c. 2.* & novissimè Burgold. *ad Instr. Pac. ad d. art. 5. §. 5. ubi sacra,* qui multos ibi consentientes adducit.*

CAP. III.

Juris primariarum precum communio-
nem & communionis titulum
delineans.

§. I. Cùm

§. 1.

Cum præfens rubrica primâ fronte definitioni juris primariarum precum adversari appareat, colorem contrariæ assertionis suppressere primâ thesis docebit. Diximus *c. 1.* quod jus primariarum precum sit Reservatum Imperatoris. Jam verò reservatum & communicatum contradictionem involvunt, quæ de uno & eodem subjecto prædicari non possunt. E. altera horum prædicatio juri primariarum precum deneganda erit. Ad Resp. diversam considerationem contradictionis speciem tollere; jus enim primariarum precum asseritur Reservatum Imperatoris radicaliter & jure proprio; Communicatum vero dependenter & ratione exercitii. Nihil enim repugantiæ importare videtur, si dico, Reservatum jus communicari potest ratione exercitii & dependenter, manente tamen Reservato in respectu ad illum, qui jure proprio facultatem solus habet concedendi juris exercitium alteri in hâc vel illâ Imperii provinciâ.

§. 2. Inscriptio, & jam dicta nondum liberata sunt ab hostilibus argumentis, quæ similiter & excutiantur, nostrum est. Ista autem hâc formâ in campum producantur: Reservata Cæsarea sunt quasi sanctum sanctorum, in quod nemo intromittitur, præterquam solus Princeps, nec ulli alii, præsertim privatis, communicari possunt. Covarr. *pract. quest. c. 4. n. 11.* Carol. Molin. *in Consult. Paris. tit. 1. §. 3. gloss. 4. n. 16.* Et hisce probationem suggerere videtur natura Regalium, quæ nihil aliud sunt, quam jura Majestatis, quæ sunt potestates variæ, quibus veluti Majestas tanquam totum aliquod potestativum constat. Jam verò partes à toto, integro toto, nequeunt abscindi. Hinc jus primariarum precum, quod inter Regalia non postremum, ut

communiter clamitant Dd., sibi vendicat locum, omnem
communione respuere videtur, cum, sicuti pars, quæ
concurrit ad constitutionem Majestatis, non potest abesse
salva Majestate, ita nec hoc jus.

§. 3. Sed hæc nullo fermè negotio elumbia reddi pos-
sunt. Cùm autem priora firmitatem suam prorsus petant
ex adjectâ probatione, occupati saltim sumus in destruen-
dâ probatione, quo facto, simul clarè patebit anteceden-
tium ruina, & quidem adeò, ut nullâ ipsiusmet rei demon-
stratione opus fuerit. Probatio autem commodissimè in-
fringitur, quando dicimus; Concessionem Regalium non
esse plenariam translationem & abdicationem, sed Impera-
torem concedentem Regalia nihilominus retinere sibi jus
ac potestatem superiorem, quod salvâ Majestate ex potesta-
te summâ Imperatoris atque imperii fieri potest. Magnif.
Dn. Struv. *S. J. F. c. 6. apb. 13. n. 1. 2. & 3.* Circa concessio-
nem Regalium peculiaria quædam monet, Matth. Stephan.
de jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. n. 86. & sqq. *Nihil prohibet, inquit,
quin Imperator regalia aliis concedere possit in præjudicium
successoris, modò in concessione utatur clausulâ, motu proprio,
vel ex certâ scientiâ.* Accedit insuper robur nostræ asser-
tioni ex præscriptione immemoriali, cujus vi, uti magno
consensu traditur, Regalia obtineri possunt teste B. Arum.
ad A. B. disc. 6. tb. 10. Matth. Steph. *d. l.* Si ergò præscri-
ptione immemoriali communicantur Regalia, quare non
communicari possent Concessione Principis? Siquidem
tam prolixum tempus & tot ætatum decursibus munitum,
hoc operatur, ut jus inde quæsitum vim legis & concessio-
nis habeat, ex cujus æquiparatione illi justitia assignatur,
*l. hoc jure. 6. §. ductus aquæ. 4. de aq. quot. l. 1. §. fin. l. in
summa. §. de aq. pluv. arc.*

§. 4. Et

§. 4. Et quæ jam in medium proposita sunt, confir-
mantur adhuc multâ observantiâ: Sic juris nostri participa-
tionem docet Besold. Thes. pract. *voc. prim. prec.* ubi se re-
mittit ad tract. *de Magistrat. & Cens.* in Augustâ Imperatri-
ce Leonora. Formula videre est apud Dn. Fritsch. *d. tr. in*
append. mant. 2. Porro Communio ejus deprehendi po-
test in Regibus Romanis, quod satis arguit exemplum Wen-
ceslai Regis, de quo *in cap. 2.*

§. 5. Quæritur autem hîc, quo titulo, jure hoc utatur
Rex Romanus, an jure proprio, an verò concessione Im-
peratoris. Resp. concessione Imperatoris, quo titulo &
reliqua Regalia concessa habet, R. N. de anno 1542. §. So
hat denn auch allein/ ibi, *Wus Ihrer Kaiserl. Majest.*
Befehl/ ne aliàs in Imperio statuatur duæ Majestates, &
incurratur in capitulationem, quâ jurat Rex, se vivo Im-
peratore absque consensu ejus & mandato in Imperio nihil
administraturum §. *Wir sollen und wollen/* B. Arum. ad
A. B. *disc. 3. tb. 31.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. p. 1. c. 2.*

§. 6. Notant hîc porro Dd., competere jus hoc Regi
demùm, si Imperator sit ultra Alpes, Limn. *de Jur. Publ. l.*
2. c. 15. n. 37. & seqq. An dicimus, illud quoque extendi
posse, præsens licet sit Imperator, modò intercedat specia-
lissima concessio Cæsaris? Opinamur hoc, argumento sæ-
piùs citati Diplomatis Wenceslai Regis, ubi citra dubium
se præsentis juris nostri exercitium communicatum tra-
didit Imperio Comiti Palatino Electori, quid ni etiam Im-
perator? Quas tamen preces communicatas hâc limita-
tione exerceri posse credimus, ut tantùm locum inveniant
in iis Ecclesiis, in quibus preces Imperatoris sui nondum
sunt receptæ, secus verò in reliquis, quas Imperator suâ au-
toritate binis nominationibus onerare non potest, quia

plus juris Cæsar in alium transferre non valet, quam quod ipse habet, l. 54. ff. de R. I. Obtingeret autem gemina nominatio Ecclesiæ autoritate Imperatoris, si & ipsam gravaret Rex, quâ Rex, ex specialissima Imperatoris concessione beneficio quodam conferendo. Accedit, quod jura in odiosis restringenda magis, quam extendenda sint, preces autem primariæ, cum concurrant cum præjudicio ordinariorum, quin odiosæ magis, quam favorabiles sint, nullus dubitat Klok. ad indulg. prec. sect. 2. v. 16.

§. 7. Neque silentii sipario involvenda est juris hujus communio, quæ deprædicatur in Serenissimis ac Potentissimis Electoribus Brandenburgensibus ratione suarum provinciarum, quod jus sub initium administrationis in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis Electores sibi vindicare consueverunt, uti notat ex Schepliz. de Consuetud. Marchic. Limn. tom. 5. jur. public. c. 9. Hoc jus venit nomine precum Electoralium, quas ut plurimum obtinent Ministrissimi & Consilarii Electorales titulo donationis, quod ipsemet non semel, in quantum per ætatem licuit, in patriâ observavi.

§. 8. Serenissimis Imperii Vicariis, ut Saxoni & Palatino Juris primariarum precum exercitium lex ipsa tribuit, quoties Imperium vacare contingit, A. B. Carol. IV. c. 5. Coeterum num istud se extendat ad casum absentia, quando Imperator ultra montes est, magna prostant sententiarum divortia. Negantes sic se defendunt: Absentia planè alienum sensum habet à vacatione; Vacare enim id dicitur, quod non possidetur: Et vacare beneficium existimatur, vel morte, vel renunciatione, vel depositione, vel permutatione. c. un. ibi vacant cum Gloss. Job. Monach. Picardi Cardin. Wilbelmi de monte Landuno & Joh. Franc. de Pa.

vin.

bin. extrav. comm. ne sede vacante aliquo. innov. vid. Spreng.
in Font. J. P. Rom. Germ. c. 10. p. m. 193. Hæc omnia præ-
dicari non possunt de casu absentia. Speciosa hic proferun-
tur. Nec tamen Affirmantium cohors ejusdem generis desti-
tuta est argumentis, quæ & adeò inhærere videtur suæ asser-
tioni, ut ne quidem ab h. A. B. t. t. Imperatoribus liceat.
vid. Arum. ad Aur. Bull. disc. 3. tbes. 31. Nos observantia
mediã ingredi jubet viam & Resp. cum B. Arum. d. l. *Vel Im-
perator absens alii suas vices demandavit: Vel nullo post se
relicto mandato fines Imperii reliquit & ad Vicarios ejusdem
curam pertinere censemus.* Hoc enim modò lex ipsa ad
istud officium, cum eò carere Respublica non possit, nomi-
nare videtur, siquidem quod in unò casu probatur, in simi-
li probatum creditur. Accedit, quod in non prohibitis
Vicarii potestas cum Imperatoris æqualis sit *l. i. C. de off. vi-
car.* Responsionem nostram ex observantiã latè diducit
B. Arum. d. l. quò remittimus B. L. Pluribus enim ut hanc
generalem quæstionem persequamur, specialis objecti no-
stri ratio vetat. Nos ulterius inquirimus in nostrã mate-
riã; An Vicariis jam dictum in modum relicta Imperii curã
simul tacitè concessum sit exercitum juris primariarum pre-
cum? Quæstio hæc arduis scaret difficultatibus. An dici-
mus, fundamenta, quæ superius pro jure hoc Regis Roma-
ni proponebantur, & hîc militare. Nos tamen judicium
nostrum hâc vice suspendimus. Quando autem Vicariis
in casu propriè vacantis Imperii competit Jus primariarum
precum, tunc vi Aur. Bull. eodem jure, quo Cæsar, habent.
Spreng. d. l. p. m. 260. Ex dictis constat triplex Juris nostri
Communions titulus: Concessio Imperatoris, Concessio
Legis, & Præscriptio, quos ritulos, ut justissimos venera-

mur.

CAP.

CAP. IV.

Juris primariarum precum Universalitatem in Imperio propugnans.

§. 1.

Universalitatem Juris primariarum precum in Imperio non adeò firmò stare talo in *c. 1.* asseruimus. Et sanè nostra ibi arrepta sententia post initam Pacificationem religiosam acerrimos invenit impugnatores. Quò autem assertio nostra telis hostium invicta deprehendatur, uberiorem ejus tractationem singulari hoc capite ad manus sumsin 15.

§. 2. Ut ergò impotentia Adversariorum demonstretur, conspectui præbemus eorum hastas hostiles, quas inter eminet & cœterarum quasi scutum est, quando ab illis statuitur: Jure primariarum precum frui Imperatorem indultu Pontificis. Jam inferunt: Collatio vacantis beneficii habentis Patronum Laicum non pertinet ad Papam: secus vero si habet Patronum Ecclesiasticum; *Card. in Clement. 1. quest. 7.* Ergò cùm in Ecclesiis Augustanæ Confessionis Laicus sit Patronus, non potuit Pontifex Imperatori Jus primi vacantis beneficii indulgere ratione istarum Ecclesiarum. Illationem contrariantium, eleganter suppeditat Autor Consilii de hoc ipso negotio, quod extat inter decisiones Schwanmanni Cameral. *decis. 8.* ubi simul delibat insigniora Dissidentium fundamenta, quæ præ cœteris huc transcribi merentur, cùm animus sit, ista in præsentì penitiùs contemplari. Conclusiones suas dictus Autor ex supposito principio exprimit sequentibus verbis: Die Pâbstliche
Ge

walt aber / bevorab über die Geistliche Güter / nicht für
Weltlich / sondern für Geistlich anzusehen: So folget
hieraus / daß solche privilegiatæ preces weiter nicht / denn
sich die Jurisdictio concedens erstreckt / wirken und o-
periren mögen. Quia nemo plus juris &c, & effectus regu-
latur à sua causa l. ita autem. in princ. de administr. tut. l. quo
minus. de flum. & secunda causa tantum potest, quantum ei
iufunditur à prima l. si quis domum. §. 1. locat. l. pede. §.
predium. delegat. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2.
Und derowegen das Jus primariarum precum für geist-
lich zu halten sey. Nun ist aus den Religion-Frieden
sonnenklar / daß alle Geistl. Gewalt / Bothmäßigkeit
und Jurisdiction gegen die Verwandte der Augspurgi-
schen Confession gänzlich suspendirt und eingestellt:
Daraus sich schließlic giebt / daß solche preces wider
die Herzogen aus Pommern / oder auch das Capitul zu
Colberg allerdings Krafftloß und unbindig. Prose-
quitur Autor Consilium suum, quò opinionem suam firmis
niti rationibus probatum eat, ex Constitut. Pacific. Relig. §.
Und damit den Ständen des Reichs / hunc in modum:
Und zum dritten / ist im Religion-Frieden zugelassen / in
ihren Fürstenthumen / Land- und Herrschafften der
Augspurgischen Confession, Religion / Kirchen-Ge-
brauch und Ceremonien, iederzeit / wenn es ihnen gele-
gen / auff- und anzurichten / und beneben ist per conse-
quentiam ferner verstattet / die Güter zu dem Gebrauch
solcher Religion zu verwenden.

Primò, darumb / dann sonst solcher Gebrauch nicht
wohl anzurichten were / concessio itaque uno, simul ea
concessa præsumuntur, sine quibus jurisdictio expediri ne-
quit.

E

Secun-

Secundò: Dieweil solcher Güter halben niemand einig interesse zu präntendiren hat / weder vermög der Päbstl. Rechten / sintemal derselben Krafft durch den Religion-Frieden niedergeleget / noch vermöge desselben Religion-Friedens / dieweil / gehörter massen / dessen allein die Stände des Reichs theilhaftig.

Tertiò, ist im §. Als auch den Ständen / &c. lauter versehen / daß auch die Kirchen / Hospital und Schulen im Lande und Herrschafften der Augspurgischen Confession-Verwandte / bestellt werden sollen / von denen Gefällen und Gütern / so den Ständen der Päbl. Religion daselbst zuständig.

Da nun die Stände Augspurgischer Confession die Geistlichen Güter in ihren Herrschafften gelegen / und ihnen nicht / sondern andern Ständen anhörig seyn / zu nothdürfftigen Gebrauch ihrer Religion einzuziehen berechtiget: Wie vielmehr ist ihnen solches in denen Geistl. Gütern / welche andern Ständen nicht zustehen / verhengt und zugelassen. Dieweil denn solches im Rel. Frieden versehen / mögen dem entgegen / wider der Augspurgischen Confession-Verwandten Willen / *primariae preces Imperatoris* solche Güter keinen andern zueignen. *Hæc sunt, quæ pro Antagonistis maximè facere videntur, quibus se subscribunt Matth. Steph. de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 4. n. 2. Rumelin. ad A. B. p. 1. diff. 4. tb. 16. Syring. de Pace Relig. tb. 31.*

§. 3. *Asst hæc tanti ponderis non sunt, ut calculo nostro digna æstimentur: Quin potius ut ex lubrico principio deducta exiguâ operâ refelli possunt. Quod itaque attinet istud, quod agmen ducere existimabatur, ad nauseam fermè suppressum legitur in cap. 1. Gaudet enim Imperator jure*

jure primariarum precum non indultu Papæ, sed jure primordiali Majestatico, *conf. d. cap.* Cum itaque principium Adversariorum dirutum esse planè constet, hinc conclusiones ex eodem confectæ ejusdem farinae censendæ sunt, cumque principio suâ sponte ruunt; supposito enim falso principio, falsa omnia vitiosaque sunt, quæcunque ex eo emanant, quod in vulgus notum est. Deinde quod concernit Pacem Religiosam, quâ omnis jurisdictio ecclesiastica contra Augustanæ Confessionis addictos suspensa affirmabatur, nec sic Assertionem nostram immuni posse putamus. Illa enim tangit saltim jura Papalia circa negotia ecclesiastica, non autem privilegia Imperatoris quibus independenti fruitur jure. Cum verò in dictâ Pacif. Rel. nulla fiat prorsus mentio primariarum precum Cæsaris, perperam hîc & contra omnem juris regulam interpretatio quædam extensiva adhibetur: quandoquidem specialia jura & privilegia, generali aliqua abrogatione facta, simul non tolluntur, nisi in generali isthoc edicto specialiter & expressè hoc inductum fuerit *l. precipimus in f. C. de Appell.* Cæteroquin communiter hîc nodus ita solvitur: Suspensionem istam non obtinere in omnibus causis ecclesiasticis & spiritualibus, sed tantum in iis, quæ fidem ejusque exercitium principaliter concernunt, non in cæteris indifferentibus, quæ inter Augustanos & Catholicos æquè observantur, ut sunt causæ matrimoniales, exceptis quibusdam differentiis, Gylmann. *tom. 1. Sympborem. p. 1. t. 3. f. 187. n. 1.* quem refert Spreng. *in Jurispr. publ. p. m. 35.* Divortii, Simoniæ, Decimarum, Patronatus & similes aliæ, juxta §. *Über in andern Sachen und Fällen.* Hinc luculentioris explanationis gratia distingvitur inter Ecclesias Reformatas, ubi beneficia Canonica penitus sunt sublata, & inter illas, quæ

ratione religionis sunt reformatæ, cœteris antiquæ dispositioni relictis. *Spreng. d. l.*

§. 4. Quæ postremò de amplâ potestate convertendi bona Ecclesiastica in Augustanæ Religionis exercitium afferbantur, ad ea Resp. Lymn. *de Jur. Publ. c. 9. n. 12.* Illam potestatem limitatam esse & restrictam tantum ad quædam bona ecclesiastica §. *Dieweil auch/§. Nls auch/&c.* Et ita sub facto quoque tecto Imperiali precum jure relicto.

§. 5. Discussis sic contrariis argumentis, illæsum persistit nostrum assertum, quod & firmat praxis & consuetudo Dn. Fritsch. *d. tr. c. 4. n. 7.* Cui accedit pragmatica Imperii sanctio Pacif. Osnabr. *art. 5.* cujus verba sic habent: Ubi sacra Cæsarea Majestas Jus primarium precum exercuit, exerceat etiam impostorum. Jam verò in omnibus Imperii Ecclesiis exercuit hoc jus à multis retrò seculis Imperator, ut ex variis Cæsarum Diplomatum constat. Ergò non potest non universalitas hujus juris locum habere. Ex hisce satis superque patet, Imperatori non denegandum esse Jus primariarum precum in Ecclesiis Protestantium Cathedralibus & Collegiatis &c. Neque effectum istius ullo modò retardandum esse arbitramur, dum modò is, qui præsentatur, non sit religionis Pontificiæ vid. Pacif. Osnabr. *d. art. 5. vers. ubi sacra §. ibi dammodo, decedente Augustan. Confess. &c.* Pontificiis enim si obtruderetur Reformatis impediretur libertas Religionis, contra quam vult Const. Imperii. R. I. de anno 1555. §. *Und damit solcher Frieden.* Add. Arum. ad A. B. *disc. 3. tb. 35.* Lymn. *de Jur. P. l. 29. n. 16.* censet, nihil impedire, quò minus papali Religioni additus Ecclesiis Reformatis præsentari possit, modò præsentatus caveat, de non turbandâ religione, vel petendâ juramenti relaxatione, quod in Ernesto. E. C. à Rudolpho II. dem Thum Capitul zu Maynz/practicatum refert.

§. 6.

§. 6. Quaritur autem, Numne quoque preces adhuc locum inveniant in quibusdam Ecclesiis Imperio nostro exemptis? Herm. d. c. affirmativam eloquitur de Episcopis Metensi, Tullensi, Verdunensi, non obstante novissima Pacific. Germ-Gall., quâ conclusum, quod hi tres Episcopatus earumque urbes & districtus cum supremo dominio & juribus superioritatis incorporatæ sint Coronæ Galliæ perpetuò, & revocabiliter. Rationem suppeditat hanc, quòd translationis potestas hoc non inducat, ut rei vel loco translato privilegia adimat, sed rem & locum in priore conditione relinquat, per l. 2. §. 1. de priv. Cred. l. tempus in f. de R. jud. Sed nos hîc manum de tabulâ tollimus.

CAP. V.

Juris primariarum precum effectum declarans.

§. 1.

Nullum jus, nulla facultas est, quæ, si traducatur in actum, non suis gaudeat effectibus. Primarias itaque preces nullò modò frustranea operari certi sumus. Sicuti autem omnium jurium effectus communis est, ut id, propter quod singulum jus exercetur, obtineatur, ita & ille hic locum invenit, qui in eo consistit, ut nominatus ab Imperatore idoneus ab Ordinario vel Ecclesiæ Capitulo recipiendus suoque beneficio afficiendus sit. In hoc impetrando certi modi præscripti seu constituti sunt, quos rudi minervâ adducere, nostri officii esse autumamus.

§. 2. Acceptis precum literis intra mensem precista, postquam vacatura innotuit, preces insinuare debet Ordinario, illo verò absente, Vicario vel Coadjutori, quæ insi-

inuatio Vicario facta in tantum procedit, ut si Ordinarius postea conferat alii, non valeat, etiam si allegaret ignorantiam factae Vicario insinuationis Rebuff. *de nominat. quest. 18. n. 60.* neque officit, si extra Dioecesim insinuatione Vicario facta sit. Est enim res voluntariae Jurisdictionis, quae ubique terrarum expediri potest *l. 2. ff. de Off. Procons.* At quid si Ecclesia capite careat, aut si preces directae sint ad Capitulum, cui tum insinuatio fiet? Resp. Capitulo, Rebuff. *q. 14. n. 47. de Nominat.* Sede enim vacante Episcopi, quatenus talis, autoritas devolvitur ad Capitulum *c. bis. x. de major. & obed.* Notanter dicimus, quatenus talis, ut excludatur à Capitulo potestas convocandi, non existente Archi-Episcopo Moguntino Electores ad eligendum Imperatorem, quae facultas illi competit ut Principi & Electori, non ut Episcopo. Speidel. *in add. ad Rumelin. discurs. in Aur. Bull. 2. tb. 12. p. 1.*

§. 3. Ordinarius delatis precibus, aut instituit personam nominatam, aut instituere recusat, si recusat, Executor conferet, etiam ordinario Collatore non vocato nec monito. Cum enim hic sit nudus executor, exceptiones contra rescriptum vel personam non admittet. Ita tamen conferre nequit *c. cum in jure. de off. deleg.* postea verò inducet in possessionem precistam, vel Ordinarium per censuras ad hoc compellet *Herm. d. l.* Concessio enim primariarum precum cum subsequuta nominatione facultatem adimit collatori, ac affectam reddit praebendam vid. Stephan. Grat. *tom. 3. discept. forens. cap. 478.* Et precista hoc modo consequitur jus in re seu possessionem vel quasi Canonicae, non verò praebendae; quam tamen cum vacaverit, petere potest vel vi rescripti, vel vi receptionis *cap. constit. 19. de Rescript.*

e. si

e. si postquam. 13. de prebend. in 6. Hostiens. in summ. de concess. prebend. num. 2. Add. J. C. t. Consummatissimus Dn. Hahn. de jur. rer. Conclus. 82. ubi hæc quoque de effectu literarum Gratia Papalium asserit.

§ 4. *Qr. ulterius: An prædicta juvent quoque istum, qui preces ab Imperatore impetravit, quibus tamen nondum quæsitis supervenit mors Cæsaris. Negativam tenent, Chok. de Jurisd. Ord. in exempt. part. 3. quest. 5. n. 5. Cynus in l. f. C. in quibus casibus tut. Consentientes plures adducit Chok. c. 1. Pro hisce loqui videtur l. 26. princ. § 27. C. mand. ubi mandatum morte mandantis expirat, re integrâ interveniente. Ast Affirmativa magis arridet; Obligatio enim Ecclesiarum ad tradendum beneficium præcistæ statim incipere fingitur, quàm primùm vox Imperatoris hæc de re auditur, ne autoritas Cæsaris fiat elusoria. Quapropter præveniente morte Imperatoris concedentis successorem præcistæ assistere oportet, quò plenum obtineant effectum preces, quæ ab Antecessore optimo jure concessæ sunt c. in literis de Rescript. Negantium autoritas nos non stringit. Leges 26. § 22. C. Mand. pro negantibus militantes à nostrâ materiâ alienæ prorsus sunt. Commissio enim Executori data non regulatur ad instar mandati, sed instar gratiæ seu privilegii personæ ab Imperatore facti, quod perpetuò durat, nec morte, re etiam integrâ, expirat per cap. si super gratia. ubi CC. Comm. de offic. ac potest. deleg. in 6. Add. Myler. Nomolog. Ordin. Imperial. c. 15. n. 4.*

CAP. VI. & ultimum.

Juris primariarum precum Contraria exhibens.

§ 1.

Adducta in præcedentibus fuit Constitutio juris primariarum precum, tum quatenus independenter Imperatorem afficit, tum etiam quatenus dependenter aliis communicatur. Utriusque contraria nunc indaganda sunt, quod jubet doctrina contrariorum; Imperfectam enim cognitionem haurimus, quando saltim solliciti sumus de inquirendâ Entis cujusdam nativitate, non autem simul de ipsius morte, vel ejus existentia privatione.

§. 2. Privatio quin cadat in jus primariarum precum, five Reservatum five Communicatum sit, nulli dubitamus. Primò proinde locò contemplaturi sumus privationem Juris istius, quod Reservatum audit, cujus primariam tractationem præcipit, tum eminens ejus dignitas, tum insignis difficultas, quâ remotâ, facilior redditur via, quâ vehimur in alterius cognitionem. Negotium itaque nostrum ut commodè expediatur, supponimus ex antecedentibus capp. & communi Dd. calculo: Uti Imperatorem jure primariarum precum primariò in signum privilegii. Non enim hujus juris usum communem de naturâ putamus Regnorum limitatorum, siquidem Majestatem immediate non afficit, prætereà fini Reipublicæ parum conducit; Hinc nihil absurdi ex dato prædicato emergere ducimus.

§. 3. Privilegio in genere considerato multæ amissionis causæ & modi ascribuntur ab Erenk. B. *tr. de privil. lib. ult.* quos ex parte respuit hoc singulare jus Imperatoris. Rationem istius censemus hanc esse, quod nostro privilegio non insint omnia requisita privilegii in genere & propriè spectati. Nobis hic sufficiunt duo modi, Renunciatio expressa & tacita: Hæc obtingit non utendo jure suo, intra
tem-

temporis spatium à lege definitum, quò ita effluxò citra
protestationem, præscriptionis titulus locum habet, qui ta-
citur renunciationis consensum inducit. *Svarez. de LL. l.*
§. 6. 33. 34. & 35.

§. 4. Quod concernit renunciationem expressam,
quæ re ipsa hîc nihil aliud est, quam concessio immunitatis
Ecclesiis facta ab obligatione recipiendi Canonicum præ-
sentatum per preces, res indubitati juris videtur esse. Qui-
libet enim favori pro se introducto renunciare potest, ex
quâ renunciatione non læditur Respub. *l. pen. C. de Pact. l. 51.*
C. de Episc. & Cler. junct. arg. l. 7. §. 14. l. 27. de pact. Quod
autem Respublicâ renunciatione hujus juris Cæsaris nul-
lam possit pati læsionem, & ille intelligit, cui per transen-
nam modò hujus juris natura leviter adumbrata ostenditur.
Nos hâc vice ejusmodi renunciationem approbamus sive
universalis sit sive particularis.

§. 5. Quæritur verò hîc, An renunciationibus hisce Im-
peratoris præjudicetur quoque juri Vicariorum, quod jus
habent vi legis, *A. B. t. 5.* Resp. Istæ renunciationes aut
sunt perpetuæ & devolvuntur ad Successores, accedente
confirmatione Procerum Imperii, aut non. Illa ratione
extingvi putamus simul Jus Vicariorum; quoniam Vicario-
rum jura fundata sunt in juribus Principis. Hinc Vicario-
rum jura non possunt esse pingviora Imperatorum juribus;
secus se res habet cum alterò modò.

§. 6. Quod attinet renunciationem tacitam præscri-
ptione inductam, istius valor non adeò liquet. Nos pro-
bamus istam communi fermè Dd. assertione, quando di-
cunt: Omnia jura quæcunque concessibilia sunt, & præscri-
ptioni subjacere, modo jura Majestatis non impediuntur,
ut quæ Principi reservata sunt in signum subjectionis, quæ

& directè Majestatem respiciunt, ut Census, Tributum,
Capitationes *l. competit. 6. de præscript. 30. vel 40. annor.*
Dn. Carpzov. in Jurispr. for. part. 2. concl. 2. def. 2. n. 1. Pe-
regr. de jure fisci lib. 6. tit. 8. n. 9. Bocer. de Regal. c. 4. n. 47.
ubi tamen non omnis præscriptio quidquam operatur, sed
tantum immemorialis *Wesenb. consil. 2. n. 94. c. super qui-*
busdam §. præterea. de V. S. Huc fac. R. I. zu Augspurg
de anno 1548. §. Und solt unser / & §. Wann auch ein aus-
gezogener / ibi: Daß er te in Menschen Gedächtnuß / &
§. Wo aber innerhalb Menschen gedencen. Add. jam
citt. Dan. Otto disc. J. Publ. p. m. 316. Quod nam verò i-
stud tempus immemoriale sit, & quantum annorum spati-
um continere debeat, in eò mirificè Dd. variant, ita ut alii
præcisè centum annos requirant, alii majus centum annis,
alii pro vitæ humanæ brevitate sexaginta vel quinquaginta
sufficere autumant, ceu videre licet apud *Regner. Sixt. vol. 1.*
cons. 9. Marpurg. n. 34. f. 37. cum seq. Nos cum Hug. Grot.
lib. 2. de J. Bell. ac Pac. c. 4. §. 7. non planè idem esse tempus
memoriam excedens cum centenariò arbitramur: Sufficere
itaque ad immemorialis temporis constitutionem existi-
mamus, si memorari de principio nemo possit, quod fit,
quando adsunt testes canitie venerabiles, qui nec se vidisse,
nec à majoribus suis audivisse hujus vel illius juris exerciti-
um profiteatur. Quomodo aliàs in foro fusè probetur
tempus carere memoriã vid. apud *Albert. Gentil. de Jure*
Belli l. 1. c. 1. p. 13. Mynsing. obs. 30. per tot. p. 25. Andr. Gail.
2. Obs. 66. n. 8. p. 429. Nostræ sententiæ se opponunt Dd.
oppidò multi, quorum numerum hæc pagina fermè non
capit. Nomen suum contrariantibus nuperrimè etiam
dedit *Herm. d. c. n. 16.* Hi negationis rationem ponunt
hanc, quod primariæ preces ex liberâ facultate & voluntate
Impe-

Imperatoris promanent. Jam verò constare, asserunt, res
meræ facultatis non subjectas esse præscriptioni, quantum-
vis immemoriali, per *l. 3. ff. de viâ publ.* Sed *lex hæc*
3. ff. de viâ publ. tantâ universalitate non gaudet, ut nullas
admittat limitationes; Harum enim non paucas consigna-
vit Menoch. *cons. 748. n. 32. & seqq.* Inter reliquas suppe-
ditat ibi *n. 35.* hanc, *cessare videlicet d. l. 3. in rebus faculta-*
tis, quæ obligationem præsupponunt. Quæ limitatio hic
commodè applicari potest. Potestas enim nominandi Ca-
nonicum, si ipsius effectum pensitemus, non potest non
obligationem quandam recipiendi præsupponere ex parte
Ecclesiæ vel Collegii erga præsentantem, *repet. proximè*
prævium Caput, quæ liberatio ab aliquâ obligatione vel per-
sonali vel reali cursu & præscriptione temporis inducitur
per text. à Menoch. adductos. Et hoc videtur loqui ipsa
observantia; Sæpenumerò enim privilegia privatorum,
quæ speciem actuum meræ facultatis præ se ferunt, non u-
tendo in nihilum redacta audimus. Hæc de juris prima-
riarum precum ut Reservati privatione.

Privatio juris primariarum precum, quod Communi-
catum audit, nunc ponderanda venit. Cum autem istud à
privilegio propriè sic dicto parùm aut potius prorsus non
differre videatur, causas & modos amissionis, quos congef-
sit Enenk. *B. d. l.* & in hoc privilegium cadere dicendum
esset. Sed natura nostri privilegii & personæ privilegiatæ
conditio unam vel alteram privationis causam optimo
spernere potest jure. Ratio, quia in proclivi est, non ad-
ditur prolixitatis ulterioris evitandæ ergò. Rem brevibus
sic expedire juvat: Amittitur Privilegium hoc Communi-
catum (1.) *renunciatione expressâ*: Ratio eadem hic militat,
quæ suprâ in primò jure afferebatur (2.) *tacitâ vel præscri-*

F a

ptio-

ptione. Hoc enim exposcit natura correlativorum, *arg. eorum, quæ habet Chok. de jurisd. Ord. in Exemt. p. 3. q. 12. n. 1.* ut quemadmodum inferior jura superioris præscriptione temporis acquirit, ita quoque superior eodem titulo jura sua recuperare possit. Similiter hæc quadrant, quæ superius circa præscriptionem juris Cæsarei notavimus. An verò & præscriptio immemorialis hic locum inveniat, dubitare quis posset: Nos tamen *arg. eorum, quæ latè deducit Chok. d. l. n. 4. 5. 6.* tum ex J. Civ. tum Can. illam defendere conabimur. In hæc præscriptione ulterius observamus, non sufficere curriculum tacti temporis titulatum, sed oportet ad sit scientia Imperatoris. Quippe, quod in ejusmodi incorporalibus quasi possessio & per consequens non quæritur, nisi datâ scientiâ illius ad quæ jus illud spectat. *Capic. dec. 57. L. pen. ff. de servit. l. 1. & 2. ubi Bartb. C. eod. (3.)* *Revocatio- me,* quæ suscipitur vel ob ingratitudinem privilegiati, vel juris abusum. Illa justa declaratur ex qualitate donationis, si quidem concessio beneficii, cujuscunque generis sit, donationis affectiones sapit. Jam verò omnes donationes revocantur ob ingratitudinem *l. 1. bis solis cum Auth. seq. l. donat. l. generat. C. de revoc. donat.* Quæ alioquin in hoc casu circa donationes notantur, & hîc obtinere judicamus. Hæc justa æstimatur *ex c. tuarum n. ut privilegia 24. n. de privil. vid. Aut. passim,* qui privilegiorum naturam enuclearunt. (4.) denique amittitur Jus primariarum precum ultimo sensu spectatum, si concessum est ab Imperatore sub conditione, vel ad certum tempus, in eum finem, ut illâ causâ & temporis conditione cessante, privilegium acquirat finem. Quâ ratione expirat privilegium ipso jure, existente conditione & elapso tempore *fac. l. 52. §. ult. ff. de pact.*

Hæc sunt, Benevole Lector, quæ loco speciminis publici

blici, pro ingenii tenuitate congeri debuerunt. Tuum,
peto, existimes pro candore tuo, benè de isthoc labore lo-
qui, promittit de me meliora decursu temporis, dies,
ætas, lectio.

NUMINI COELESTI SIT GLORIA
ET GRATIA!

Primarum dum Jure Precum, VIR, sifteris orbi
primò, sis multâ NOBILIS arte, precor!

In honorem

*Generosi, atque Nobilissimi Dn. Respondentis,
Fautoris & Amici sui dilecti hac
adponeb.*

PRÆSES.

Tumete colles, colliumque Tu septem
Exlex Quirine, Jupiterque terrarum
Sed Salmonee, coge fulminatrices
In tela nubes, & tonitruum verum
Si quid potessis, inde Teutoni horrorem;
Aut restituta cede Teutoni sacra.
Proh naniarum vana fabularumque!
Tibine quicquam porrò debeat Cæsar!
Primariarum nobilis precum doctor
(Tantum vocabli Roma Cæsari liquit)
Maturus aulis consillique spectatus
Germanicò ore, Cæsare ipsò id auctor,
Olim, nisi audis, ominamur, edicet.

*Generoso Dn. à Lüderitz/ Conuictori atque
Amico suo honorando, benè ominandi
gratulandique animo*

f.

Theod. Lehmann/J. U. Ddus.

F 3

AU

Augusti Sacri disquiris premia sacra:
Hinc Augusti Te premia sacra ma-
nent.

Fausti ominus ergò paucula hæc in ho-
norem Generosi Dn. Respond.
Conterranei sui honoratissimi, a-
micissimi adjecit

Georg. Schuhmacher.

En teurer Demant glänzt zwar auch in gro-
ben Schlacken

Und stellet ieden Blick den reinsten Spiegel für;
doch wird in güldner Schoß vergrößert Glanz
und Zier/

Und seine Pracht vermehrt ein Königlicher Nacken.
Wo man die Tugend schaut/ da kan sie schöne
seyn/

Doch gibt ein Edler Geist ihr oft noch grössern
Schein.

Wo Kunst un̄ Wissenschaft geringen Sitz erwehlet/
Da trifft man einen Schatz von Gold und Sil-
ber an.

Ist's eine Brust; die Stamm und Ahnen rüh-
men kan

Wird Demant un̄ Rubin statt Geldes eingezehlet/
Mit solchem Werthe prangt/ Mein Freund/
sein Edler Geist/

Wie die gelehrte Schrift un̄ deren Inhalt weist/
Auff

Auff dieser steigt sein Ruhm von den gelehrten Kugeln

Und leget seinen Stamm den schönsten Zierath zu
Aus solcher Tugend blüth den Eltern Trost und
Ruh /

Und also greiffet man recht nach den Ehrenflügeln.
Sein munterer Fleiß hat sie schon guten theils
erlangt

Weil Wissenschaft bey Ihm mehr als ein Des-
mant prangt.

Dieses wenige setze aus schuldiger Ehr-
bezeigung seinem hochgeehrten Zn.
Stubengesellen glückwünschend
hinzu

Joachim Lütke Helfig.

Primariarum qui jura precum LUDERIZE, re-
solvis,

Dulce Tibi pretium mox operæ ejus erit.

Cum Tua religio virtute ac stemmate fulum
Canonicum Patriæ Te dabit esse Tuæ.

Paucula hæc

Viro-Juveni, Generoso ac Nobilissimo Dn.
Disputanti gratulabundus addere voluit

Johannes Fridericus Luder

Regismontanus Neo-Marchicus.

Sleich wie der Vogel-Drink / sich nach dem Him-
mel schwinget (dringet ;
Und durch die raube Luft mit seinen Flügeln
So

AK TA 1370

So schwinget sich empor dein Tugend-voller Sinn
Der ganz entrissen ist weit von der Erden hin/
Was andre suchen sonst durch Schwerdt / durch Blut
und Waffen

Das wilt du/werther Freund/durch Kunst der The-
mis schaffen/

Diß zeigt an dein Werck auff unser Saal-Athen
Das wir mit froher Lust und allen Fleiß besehn/
Wohl dir! wohl setze fort auff Pindus hohe Zinnen
Wie angefangen ist dein rühmliches Beginnen
Die schnelle Fama wacht und ist auch schon bereit
Umb einzuschreiben dich der späten Ewigkeit.

Mit diesen geringfügigen wolte seinen
vielwerthen Freunde und Tischges-
nossen / seine Gemüths-Neigung
darstellen

Sebastianus Geriefens/ von
Saltzwedel.



V077



B. M. II, 110
h. 24, 5.

JURE
RU

Illustris

DN. ERNE
Hereditarii in W
tissimi, Consiliar

DN. PATRO

Lutich

Typi
de Lu



RIA.

ana,

chröters/
ris celebra-
vincialis &

ATEM

h.

Vol. XXI. 3.



Inches
Centimetres

KODAK Color Control Patches

Kodak

LICENSED PRODUCT

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

© The Tiffen Company, 2000